



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

L. si
erit
quia
cere
llam
e judi
ssim
nem
tum
o. d.
o no
licet
i de
pore
ed &
one
pro
ta
s ci
eum
erii
n li
dici
on
non
sit

fit, non valet, quod agitur; quia non consentiunt qui errant *cit. L.* si per errorem; Ad quod tamen sufficit consensus tacitus, si qui facto fit. v. g. litis contestatione. *Tusc. ver. jurisdictione concl: 51.* Denique requiritur, ut lex prorogationem non prohibeat. *L. 1. & 2. ff. de jud. Tusc: concl: cit. 927.* ea enim à lege originem & vim suam habet. Atq; hæc permisso extendit se tantum ad Judices sub eodem Principatu, quandoquidem parum interest Principis à quo Præside eius subditi judicentur.

15. Clericis tamen permisum non est, ut absq; consensu Episcopi seu Ordinarii sui, alterius Ecclesiastici Prælati etiam Metropolitani jurisdictioni se subjiciat. *ea significasti. 18. de foro comp. cap. 1. eodem tit. in 6.* Idque ob maiorem obligationem, quam Clerici, præfertim beneficiati erga Episcopum suum gerunt. Quâ ratione etiam causæ Feudales coram Domino Feudi tractari debent: *cap. cæterum. 5. de jud: & alteri jurisdictioni subjici non possunt.* Idque sive vasalli Clericis sint, sive laici. *cap. verum. 7. de foro comp.*

16. Sed neque in foro Sacramenti Pœnitent-

nitentia, jurisdictionis prorogatio permissa est, ut videlicet quis extra mortis periculum ab alieno Sacerdote, absq; proprii licentia, saltem tacita, absolutionem à mortalibus consequatur. *cap. omnis utriusq; 12. de pœn: & remiss: Sin autem Sacerdos Ordinarius videlicet Episcopus, vel Parochus subdito potestatem faciat eligendi Sacerdotem quemcunq; in Civitate aut Diœcesi, tenetur ille approbatum eligere, seu expositum. Sua. 3. p. tom: 4 disp. 28. s. 8. n. 16: Nisi Episcopus Sacerdotem aliquem designet, alias non expositum; nam tunc eo ipso illum approbat & exponit saltem ad huius pœnitentis confessionem. Sed & Sum. Pontif. licet Tridentini constitutione absolute non ligatur. Sesio: 23. cap: 6. deref: tamen in Bulli Jubilæi & similibus facultatibus addens solet vel etsi non addat subintelligi debet ut fideles (nisi Religiosi sint) expositis tantum, & approbatis ab Episcopo confiteri possint: cum non censeatur Pontifex Sua: teste cit: disp. 28. s. 4. n. 9. & 10. Consilio generali derogare, nisi sufficienter exprimat.*